AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



plurali numero pro singulari usurpato. Potest etiam in
telligi. quod & alij discipuli aut senserint. aut hoc dixe
rint. aut eis iuda dicente persuasum sit. atq; omnium uolun
tatem matheus & marcus etiam uerbis expresserint. s;
iudas propterea dixerit quia fur erat. ceteri uero propter pau
perum curam. iohannem autem de solo illo commemorasse
uoluisse. cuius ex hac occasione furandi consuetudinem
credidit intimandam. Sequitur matheus. Tunc abijt unus
de. xii. qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotum.
& ait illis. Quid uultis michi dare. & ego uobis eum tra
dam. At illi constituerunt ei. xxx. argenteos. usq; ad
illud ubi ait. & fecerunt discipuli sicut constituit illis ihc.
& parauerunt pascha. Nichil in hoc capitulo contrarium
putari potest marco & luce. qui hoc idem similiter narrant.
Quod enim dicit matheus. ite in ciuitatem ad quendam.
& dicite ei. magister dicit. tempus meum prope est. apud te
facio pascha. cum discipulis meis. eum significat quem
marcus & lucas dicunt patrem familias uel dominum
domus. in qua eis cenaculum demonstratum est ubi para
rent pascha. Quod ergo interposuit matheus ad quen
dam tamquam ex persona sua studio breuitatis illum
compendio uoluit insinuare. Si enim diceret dixisse
dominum. ite in ciuitatem & dicite ei. magister dicit.
tempus meum prope est. apud te facio pascha. tamquam
ciuitati dicendum esset acciperetur. ac per hoc non ex domini
cuius mandatum narrabat. s; ex sua persona interposuit
ad quendam iussisse dominum ut irent. ne haberet necesse
totum dicere. cum hoc illi ad insinuandam iubentis